Philelphus, Franciscus : [Epistolae] Epistolare

[Basel: Johannes Amerbach], [ca. 1492] Seite 321

X

Q Vod pridie Calēdas Augustas cum ad te lr̄as dedi scribere sū oblit⁹: ē mihi nup renūciatū qđ carmē ad Baptistā Albertū anno supiore ex Cræmona scripserā: id ei redditū nō fuisse: Qđ uerꝫ ne an falsū sit: nescio. Tu qui Romæ nūc agis: poteris intelligere: qd i re sit. Ego carmē ipsū dedi ad te: ut si min⁹ sit redditū: q̄primū isti reddēdū cures. Ad hæc me uelim facias certiorē: qđ de Diodoro siculo iusserā: præterea si qd de re cōstātinopolitana ē auditum: quoqꝫ istic p̄triarches aut egerit aut actur⁹ apđ pōtificē maximū sperat. Tu ne tibi desis: q̄diligētissime puideto: hoc ē: ne musarꝫ hospitio aspneris. Vale ex Mediolano. v. idus Sextiles. M.cccc.lij.

Franciscus Philelfus Baptistæ Alberto sal.

D Ederā ad te āno supiore Cal. Octobrib⁹ ex Cræmona carmē nō tā uoluptatis capiūdæ q̄ ueluti renouādæ ueteris amicitiæ gr̄a. Sed id cū tibi nō eē redditū accepissem: iccirco iterꝫ dādū iudicaui: ut & tibi aim⁹ me⁹ fieret exploratior: & ipse ne frustra qcq̄ uel lucubrasse uel lusisse possem existimari: Nā æque uersu (ut nosti) atqꝫ psa delectari cōsueui: Nec alienū cēseo ab officio meo: ut quoscūqꝫ honest⁹ mihi amor cōiūxerit: eosdē honest⁹ quoqꝫ memoriæ labor monimētis lr̄arū mecū ppetuo cōseruet. Quare cū absoluto iā uersibus decēmilib⁹ satyrarꝫ ope: me ad lyricos modulos retulissem: iprimis etiā tu (q ab oī satyra tanq̄ abhorrueras) occurristi: quē inter familiarissimorū cōmemoratione nulla obliuio aboleuerit. Itaqꝫ id carmis iterꝫ ad te dedi. Tu uelim tuū des ad me Momū: quē audio: si adhuc eū absolueris. Vale ex Mediola. v. idus Augustas. M.

Franciscus Philelfus Nicolao Varoni sal.

P Etrus Thomasi⁹ præclar⁹ in philosophia uir atqꝫ idē disertissim⁹ medic⁹: mihi nup scripsit mirari se: qđ nihil unq̄ ad ea responderim: quæ anno supiore & ipse & uir patricius Bernardus Iustianian⁹ Leonardi fili⁹ ab me litteris petijssent. Huic ego cū respōdissem nullas p id tempis neqꝫ suas nec Bernardi litteras mihi redditas: monuit rursum eas abs te repeterem: quippe cui uir nobilis Nicolaus Barbus illas tibi ad me dedisset. Quare si ita est: rem mihi

x

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-153/0321
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG